Acta Apostolicae Sedis **40 (1948), p. 257.**

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

MONITUM

Cum compertum sit variis in locis, contra Sacrorum Canonum praescripta et sine praevia S. Sedis venia, mixtos conventus acatholicorum cum catholicis habitos fuisse, in quibus de rebus fidei tractatum est, omnibus in memoriam revocatur ad normam canonis 1325 § 3 prohibitum esse quominus his conventibus intersint, sine praedicta venia, cum laici, tum clerici sive saeculares sive religiosi. Multo autem minus catholicis licitum est huiusmodi conventus convocare et instituere.

Quapropter Ordinarii urgeant, ut haec praescripta ab omnibus adamussim serventur. Quae quidem potiore iure observanda sunt, cum agitur de conventibus, quos «oecumenicos» vocant, quibus catholici, sive laici sive clerici, sine S. Sedis praevio consensu, nullo modo interesse possunt.

VRHOVNA SVETA KONGREGACIJA SV. OFICIJA

UPOZORENJE

Budući da je opaženo kako su na raznim mjestima protiv propisa svetih kanona i bez prethodne dozvole Svete Stolice, održana mješovita okupljanja nekatolika s katolicima, u kojima se raspravljalo o vjerskim stvarima, svima dozivamo u sjećanje da je prema normi kanona 1325. § 3. zabranjeno da na takvim okupljanjima prisustvuju bez prethodne dozvole: kako laici, tako i klerici, bilo svjetovni bilo redovnički. A još je manje dopušteno da katolici sazivaju ili priređuju takva okupljanja.

Zbog toga, neka ordinariji urgiraju da se svi točno pridržavaju ovih propisa. A ovo s još većim pravom treba obdržavati kada je riječ o okupljanjima koja zovu »ekumenskima«, a na kojima katolici, bilo laici bilo klerici, bez prethodne suglasnosti Svete Stolice, nipošto ne mogu prisustvovati.

Cum vero, tum in praedictis conventibus tum extra ipsos, etiam actus mixti cultus haud raro positi fuerint, denuo omnes monentur quamlibet in sacris communicationem ad normam canonum 1258 et 731, § 2, omnino prohibitam esse.

No, kako su na spomenutim skupovima, kao i izvan istih, nerijetko obavljani čini mješovitog štovanja, iznova upozoravamo sve da je bilo kakvo zajedničko sudjelovanje u obredima u potpunosti zabranjeno prema normi kanona 1258. i 731., § 2.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 5 Iunii 1948.

Dano u Rimu, u dvoru Sv. Oficija, dana 5. lipnja 1948.

Petrus Vigorita, Notarius.

Petar Vigorita, bilježnik.

Navedene odredbe Zakonika kanonskog prava iz 1917.

ZKP, kan. 1325., § 3.

Caveant catholici ne disputationes vel collationes, publicas praesertim, cum acatholicis habeant, sine venia Sanctae Sedis aut, si casus urgeat, loci Ordinarii.

Neka katolici paze da ne održavaju rasprave ili okupljanja, napose javna, s nekatolicima, bez dozvole Svete Stolice ili, ako je riječ o hitnom slučaju, mjesnog ordinarija.

ZKP, kan. 1258.

§ 1. Haud licitum est fidelibus quovis modo active assistere seu partem habere in sacris acatholicorum.

§ 1. Vjernicima je nedopušteno da na bilo koji način aktivno prisustvuju ili sudjeluju u obredima nekatolika.

§ 2. Tolerari potest praesentia passiva seu mere materialis, civilis officii vel honoris causa, ob gravem rationem ab Episcopo in casu dubii probandum, in acatholicorum funeribus, nuptiis similibusque sollemniis dummodo perversionis et scandali periculum absit.

§ 2. Može se tolerirati pasivna ili čisto materijalna nazočnost, zbog građanske službe ili počasti, iz važnog razloga koji u dvojbenom slučaju treba utvrditi biskup, na pogrebima nekatolika, vjenčanjima i sličnim svečanostima, dok god nema opasnosti od izopačenja ili sablazni.

ZKP, kan. 731., § 2.

Vetitum est Sacramenta Ecclesiae ministrare haereticis aut schismaticis, etiam bona fide errantibus eaque petentibus, nisi prius, erroribus reiectis, Ecclesiae reconciliati fuerint.

Zabranjeno je sakramente Crkve posluživati krivovjercima ili raskolnicima, pa i onima koji su zabludjeli u dobroj vjeri i koji ih traže, dok se prvo ne pomire sa Crkvom, odbacivši zablude.